



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 112. Turcarum victoria de Venetis reportata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. celebraturus esset, totam ferme Hungariam confluere cerneret, hanc occasionem exequendis suis consiliis peropportunitam existimaverit, ac propterea clam quadraginta armatorum millia coegerit, & castella, quæ Matthias extruxerat, expugnauerit, captisque omnibus propugnaculis totam Daciam seu Mæsiam longe lateque victoriis suis emensus, cuncta igne ferroque vastauerit, demum quadraginta hominum millia utriusque sexus promiscua crudelitate abstraxerit. Hæc damna Regis Hungariæ mentem usque adeo dejiciebant, ut nihil ultra aduersus Turcarum insultus moliri auderet.

*Papiens.*

*epist. 644.*

*Kranz. l. 13.*

*Blond. 18.*

Nihilominus Summus Pontifex Matthiæ triumphos ad sydera usque extolabat, ac publicas preces pro felici armorum successu indicebat: siquidem Papæ persuasum erat, Regem tunc pro salute Reipublicæ Christianæ durissimam hiemem tolerare: cum tamen is toto illo tempore nuptiarum solemnibus intentus, domi tranquillam vitam ageret.

§. CXII.

*Turcarum victoria de Venetis reportata.*

Nec minus secunda Turcarum armis auerat fortuna in ipsa Italia; atrocissimo enim prælio periit Hieronymus Veronen-

ronensis exercitus Veneti Præfectus; Sæcul. XV. A.C. 1476.  
 Turcarum vero Dux Marbegus, quem a-  
 lli Asabegum nominant, Vir fortissimus,  
 & militari peritia longe clarissimus, in  
 eadem pugna vulneratus est. Hic to- Justiniani lib. 9.  
 tam quaquaversus regionem igne ferro-  
 que devastabat, & multis captivorum  
 millibus in servitum abstractis, tantum  
 ubique terrorem inferebat, ut Venetis  
 vires & animus exciderent. Stupenda Sabellic. 3. dec. 10.  
 quoque sunt, quæ Sabellicus ipse vidis-  
 se testatur, & refert de temerariis, atque  
 audacibus infidelium ausibus adversus  
 Alpium difficultates, quas cum tam co-  
 piose exercitu impigre superabant: ube- Phranz. 1. 3. cap. 30. & lib. 1. c. 35.  
 riores tamen Turcarum progressus Caroli  
 Montonii, qui Venetarum copiarum Præ-  
 fectus erat, prudens cunctatio irritos  
 fecit.

Hujus cladis Gregorius Phranzes Im-  
 peratoris Græcorum olim Aulicus me-  
 minit, ibique Chronicon suum Bizanti-  
 num, ab anno Domini millesimo ducen-  
 tesimo sexagesimo inchoatum absolvit.  
 Hunc Monachi habitum induisse, jam a-  
 libi memoravimus, & adhuc aliquot annos  
 egisse constat, cum Mahometis Impera-  
 toris res gestas complexus esset; hic e-  
 nim post hæc omnes belli expeditiones  
 nonnisi quinto abhinc anno deceffit.